



XVI, 31-42




XVI, 35-40.

Divi Joanni Chrysostomi

1. De non contemnenda Ecclesia Dei
2. De divitiis et paupertate
3. De inebrietate et ebrietate
4. De adversa valetudine
5. De anima
6. De humilitate.





D

4349

DIVI IOAN-
NIS CHRYSOSTO-
MI DE ADVERSA
VALETVDINE ET
MEDICIS, ORATIO
MARTINO CRO-
MERO INTER-
PRETE



Diui Joannis Chrysostomi.



XVI, 38



THE UNIVERSITY OF CHICAGO
DEPARTMENT OF CHEMISTRY
58 CHEMISTRY BUILDING
CHICAGO, ILLINOIS 60607



ILLVSTRI AC MAGNI
FICO DOMINO PETRO

Kmithe Comiti in Vifnicze, Palatino et
Prefecto Cracoui en̄, Marschalco regni
Polonie, Scepusien̄, Premiffien̄, Co
lenficq; Prefecto, Martinus
Cromerus S.P.D.

M. Catonem Vticensem in
exhausta auđitate legendi
ac discendi fuisse legimus,
quippe qui, vt ait M. Tul
lius, ne reprehensionē qui
dem vulgi inanem reformidans, in ipsa
curia soleret legere sepe, dum senatus co
geretur. Huius tu nobis PETre Kmita
expressum refers imaginem, qui insatia
bili quodam literarum & scientię studio
flagrans, nihil habes antiquius, quā vt
quicqd a publicis priuatiscq; negocijs ocij
tibi superest, omne id ad legēdum & co
gnoscendum ea, que homine digna sunt,
conferas: Ita vt ne cōuiuia quidem absq;
eruditis sermonibus iucunda esse ducas:
Sed in medijs epulis atq; poculis libenter
vel proferre ipse, v' ex alijs, in quibus eru

ditionis aliquid esse iudicas (cuius quidem
generis homines magno studio tibi adiū-
gis) audire aliquid ex antiqua memoria
studijſq; doctrine depromptum soles. Ita
nanq; existimas, quantū fortunis, quantū
opibus, quantū honore, quantū dignitate
reliquis hominibus antecellis, tantū literis
atq; doctrina preſtare te oportere. Quod
quidē hoc in te est illustrius & admirabi-
lius, q̄ magis abhōrret à vulgata huius tē-
poris magnorū & principū virorū cōſue-
tudinē. Itaq; muſe iā m̄ hi ipſe erroris &
incertarū ſediū preſe, vna cū Pallādē domi-
ciliū apud te vident velle figere. Neq; ego
iſtas tātū dico profanas, ſed has etiā ſacris
& religioni nr̄e iniſtas. Quę cū ita ſint,
Chryſoſtomus q̄q; hic noſter ad te feſti-
nat,, tuo contubernio frui, bibli'othecā tuā
luculentiffimā augere expetit. Tu pius et
chriſtianus princeps de alijs aliās, nunc de
aduerſa valetudinē et chriſtiana medicina
grauiter & copioſe ſermocinantē obuijs,
quod aiunt, vlnis excipe, Cromerūq; eius
perductorem (ſi tamē in re honeſtiſſima
tā inhoneſto verbo vti licet) obſeruantiffi-
mū tui, qua cōepiſti beneuolentia et
humanitate complectere, Vale

DIVI IOAN-
NIS CHRYSOSTOMI
DE ADVERSA VALETU-
DINE ET MEDICIS,
ORATIO MARTI-

NO CROME,

ro int̄prete.



VM in aduersam vale-
tudinem incideris, ò ho-
mo, recordare corpo-
ris lobi, & sanctę illius
carnis: sancta enim erat & pura.
Nam quis ita egrotauit vnquã? q̄s
tantã plagam accepit? alterũue qui
acceperit, vidit? Non est quisquã,
non est. Paulatim corpus eius con-
sumebatur, & vermiũ fontẽ ipsi e-
mẽbris vndiq; excaturiebat, eratq;

A iij

perẽniẽ

perēnis hic affluxus, & multus vii/
dequaꝫ fœtor, & corpus paulatim
fathiscens, taliꝫ liquefcens putredi
ne, insuaues cibos reddebat: & erat
ipsi fames peregrina & inaudita.
Neꝫ enim oblatiſ alimentis veſci
poterat. Crepitum enim inquit, in/
testinorū video cibos meos. Verū
ſufficientē hic habebat conſolatio
nem & exhortationē, inquit, quòd
ſciret à Deo hæc ſibi iduci. Imo hoc
maxime pturbabat & cōmouebat
hominē, quòd iuſtum deum, quiꝫ
à ſe omnimodo ſtetiffet, putabat ſi
bi infeſtum eſſe, neꝫ vllam ꝑbabi
lem cauſam eorū, quę fiebant, pote
rat inuenire. Quod ſi hoc ſufficere
ad conſolationē putas, poteris anē
et ipſe hancce conſolationē habere.
Quamuis enim nō propter Deum
aduerſi

aduersi quicquã patiaris, sed ex ho-
minũ lesione, gratias ages, neq; con-
uiciaberis ei qui potest quidẽ prohi-
bere, sed p̄mittit tamen probatiõis
tuę gratia: Quemadmodũ qui pro-
pter Deũ passi sunt coronãtur, ita
& tu eandem mercedẽ consequẽris,
quod ab hominibus oblata incom-
moda generose tulisti, & ei, qui po-
terat quidem, sed noluit prohibere,
gratias egisti. Neq; enĩ bonus quis-
piã sine peccato est, neq; malus quis-
piã sine iustitia: Vtriusq; autẽ com-
pẽsatio, & remuneratio est. Si quis
iustus & mali quid egerit, & egrota-
uerit, & supplicio addictus sit, ne cõ-
moueare, sed dicitõ: Hic iustus pau-
lum quid mali fecit aliquãdo, & re-
cipit hic, vt ne illic puniatur. Rursũ
si videas peccatorẽ rapientẽ, omnia

Superiora habentē, prosperitate fru
entē, cū innūerabilia mala faciat, ne
ita qdē cōmoueare, sed dicitō: Hic
peccator, q innūerabilia mala per
petrat, boni quippiā fecit aliqñdo,
& recipit hic bona, vt ne illic mer
cedē repetat. Hoc autē & in Laza
ro est videre, quoniā contigit vt &
ille peccata quepiā, & diues rursus
boni quid haberet, Audi quid dicat
Abraham: Recepisti bona tua illic,
& Lazarus mala sua. Qualia? egisti
quid boni, recepisti p eo diuitias,
bonam valetudinē, delitias, poten
tiam, honorē, & nihil tibi debetur.
Quid igitur Lazarus? Nihil ne pec
cauit? Sane vero: propterea dicit:
& Lazarus mala sua. Cum eim tu
bona tua recipiebas, tūc et Lazarus
mala. Animaduerte autē quid dicā.

Iob

Iob iustus erat, irreprehensibilis, ve-
rax, pius, & punitū est corpus eius
hic, vt illic mercedem repeteret. Ait
eīm Deus ad eum. Sed puta me tibi
sceneratum esse, vt iustus appareas.
Num igitur peruertit sanctum illū
Iob vxoris consiliū? Imo vero con-
trariū magis fecit, maiorēq; in mo-
dum eum confirmauit, ita vt incre-
paret etiā vxorem. Maluit eīm dolo-
re et affligi, et innumerabiles aduer-
sitates pati, quā cū conuictio exitum
ab huiusmodi malis vllum inueni-
re. Sed vulgus hominū cum in ad-
uersam valetudinem inciderint, cō-
uitantur illico, & gremiā quidem
morbi sustinent, lucro vero, quod
ex eo morbo per patientiam perce-
pturi erant, fraudantur. Quid facis
o homo? Benefactori & curatori,

nd conuictus
et defensori, & seruatori cōuitiariis.
Non sentis quod ī preceps feraris,
& in profundum extremi interitus
temet ipse cōñcias? Propterea nāq;
diabolus innumerabiles aduersitates
offert, vt in profundum illud dedu
cat: Ac siquidem conuitiantē te vi
derit, facile dolorē auget, maiorēq;
facit, vt cum pungeris, rursus fasti
dio replearis. Sin fortiter ferētem
animaduernerit, & quo magis mor
bus intenditur, eo magis gratias a
gentē Deo, abstinet cōfestim, velut
temere, & frustra infidias tensurus
deinceps. Quamnam ob rem indi
gnaris o homo? & cōuitiariis, si in
quippiā, quod displiceat, vnquā in
cideris? An em̄ si conuitieris, leuio
rē morbū facis? Imo vero intēdis
ipsum, & multo grauiorem dolorē
efficis

efficis. At non potes tacere cū à do-
lore pūgeris? Verū tu pro cōuitio,
gratias age, lauda, celebra Deum:
Nam si conuitiaberis, tum Dei au-
xilium propulsabis, tum diabolum
acriorem contra te efficies. Quod si
ages gratias, & improbi demonis
insidias ppulsabis, & curatoris Dei
curam ad te attrahes. At cōsuetudi-
ne lingua sepenumero fertur incita,
vt improbū verbū proloquat. Ve-
rū tu vbi feret incita, priusq̄ verbū
proferat, mordicus eā dentibus vn-
diq̄ vehemēter constringe. Melius
est, vt nunc sanguine perfluat, quā
vt illa die guttam appetens, refocil-
lationem consequi non possit: quē-
admodū in diuite. Prestat vt tēpo-
rarium dolorē perferat, quā vt tunc
perpetuo & quo sempiterno friga-
tur

*Medicina
grammatica*

tur. Cum igitur in grauē morbum
incideris, & multi adfuerint, qui co-
gant, alij quidē incantationibus, alij
amuletis, alij porro alijs quibusdā
mitigare malū, tu vero propter ti-
morem Dei generoso & infracto
animo tuleris, & omnia pati malu-
eris, quam vt eiusmodi quicquā fa-
cere sustineas, hoc tibi martyrii co-
ronam affert. Et ne dubita: Quem
admodum enim ille tormentorum
cruciatus fert fortiter, vt ne adoret
simulachrū: ita & tu morbi dolo-
res perfers, vt ne vllius rei ab illo in-
digeas, neq; facias ea que imperat.
At em̄ vehementiores illi sunt. Verū
hi diuturniores. Quocirca par-
exitus. Nam cū febris ardor intus
molestus est & vrit, tu vero alijs
hortantibus incantationē refutas,
nonne

nonne martyrij coronam induisti?
Cum enim incantatores magna cū
contumelia domo eiecero, omnes,
qui audierint, laudabunt & admira-
buntur, dicentq; ad se mutuo: Hic
egrotans cum innumerabilia ora-
rent & hortarentur quidam & ma-
gicis quibusdam incantatiōibus vti
suaderent, nō est assensus, sed dixit:
Prestat sic mori, quā prodere pi-
etatem. Quod si hic tantę laudes
sunt, cogita quantas illic coronas fe-
res, cum presentibus angelis & ar-
changelis Christus transiens manu
te apprehensum in medium thea-
trum illud producet, & omnibus
audientibus dicet: Hic homo feбри
correptus aliquando, cum innume-
ri eum hortarentur, vt è feбри illa
euaderet, propter nomen meum, &
timorē

timorem mei, vt nulla in re offen-
deret, repulit ac despexit eos, qui se
illo modo curaturos recipiebant,
maluitq; morbo emori, quàm be-
neuolētiam erga me prodere. Nam
si eos, qui se potarunt & cibarunt,
& vestiuerunt, in mediū producit,
multo magis eos, qui propter se fe-
bres sustinere voluerūt. Neq; enim
par est, dare panem & vestimētum,
& morbum diuturnum sustinere.
Sed longe hoc illo maius est: Ita &
corona erit splendidior. Audiuisti
que de Lazaro dicta sunt, quomo-
do cum fame, morbo, solitudine,
per omne tēpus suum luctatus est,
ita vt & vitam ipsam in vestibulo
diuitis finiret, neglectus, esuriēs, ca-
nibus esca expositus. Adeo nanq;
corpus ipsius debilitatum erat, vt
ne

ne abigere quidem posset canes in-
uadentes & vulnera lambentes. Sed ta-
men non quesituit incantatorem, non
applicauit *folia, non magica mouit, *μεταλα
non prestigiatores ad se vocauit,
non quicquam aliud vetitum fecit.
Sed maluit immori malis illis, quam
exiguam prodere pietatis partem.
Quam igitur veniam nos habebim-
us, tantas aduersitates patiente il-
lo & fortiter tolerante, si propter
febrem aut propter vulnera venefi-
cos prestigiatoreſq; domos nostras
accerſamus? Multi enim sepe nume-
ro egrotant, sed necessario alimen-
to non egent: Alij in extrema pau-
pertate viuunt, sed bona valetudine
fruentur. Lazarus vero ita erat in-
firmatus, vt ne canes quidem pos-
set abigere, sed mortuus spirans ia-
cebat

cebat, inuadentes quidē eos cernēs,
sed arcere non valens: Ita ipsi mem-
bra debilitata erant, ita liquecebāt
aduersa valetudine, ita consumeban-
tur tentatione. Quod si per se horū
quoduis intolerabile & acerbū est,
quando simul coniuncta sunt, quo-
modo non adamas quispiam erat,
qui ea sustinebat? Nam si in solitu-
dine & inhabitabili positus hec pa-
teretur, & negligeretur, non doleret
id quidem fortasse, & inuitum fer-
re suaderent ea, que acciderent. In
medio autem hominum, & eorum
quidem genialiter uiuentium iacen-
tem, nulla, ne vulgari quidem cura
dignari, acriorem faciebat malorū
sensum. Cogita quonam modo af-
fici eum par erat cernentem parasit-
os, adultores, descendentes, ascen-
dentes

dentēs, exeuntes, introeūtes, tumultuantes, temulentos. Nos quidem certe etiam si innumerabiles aduersitates patiamur, habemus tamen intuentes in illum, unde abunde cōsolationis accipiamus. Nam socios suorum malorum reperire, dolentibus multum affert solati; ille vero neminem alium eadem secum passum videre potuit, quin etiam presente hac vita res presentes concludi putabat. Erat enim ex ijs, qui fuerunt ante gratiam. Quod si nunc nostro seculo post tantam Dei cognitionem & bonas spes resurrectionis, & preparata ijs, q̄ recte agūt, bona, tam pusillo quidam sunt animo, vt ne his quidem expectationibus corrigantur, quonam modo illum par fuit affici? Imitemur La

B

zarum

zarum & diuites & pauperes. Neque enim vnum, aut duo, aut tria duntaxat, sed multo plura virtutis certamina sustinuit: Paupertatem: solitudinem opitulatorum: aduersam valetudinem: quod non duos tresue dies, verum per omnem vitam, & se in his, & diuitem in contrarijs videbat: quod alium Lazarum intueri non habebat: quod nihil de resurrectione commentari poterat: quod cum predictis malis malam etiam suspicionem apud vulgus hominum ex illis calamitatibus sibi collegerat. Quam igitur defensionem habebimus, si, cum hic omnia simul aduersa tam fortiter tulerit, nos ne dimidium quidem eius feramus? Non enim habes, non habes ostendere, neque dicere alium quempiam, qui
tam

eam multa & talia passus sit. Pro-
pterea nanq; ipsum Christus in me-
dium proposuit, vt in quodcunq;
aduersitatis genus inciderimus, ex-
uberantiam vltra id vidētes, suffici-
entem ex illius philosophia, conso-
lationem & recreationem accipia-
mus. Cōmunis enim totius orbis
terrarum magister proponit ijs,
quicunq; aduersi quid patiūtur, om-
nibus intuendum ipsum exhibens,
& omnia vincentem priorum
bonorum exuberantia. Etenim sa-
pientes medici putrida membra se-
cturi, aut lapides meatibus inheres-
cētes extracturi, aut aliud quoppia
naturę peccatum correcturi, non in
angulum abducto egroto id faciūt,
Sed cum in medio foro eum pro-
posuerint, theatrūq; ex pretereun-

Bij. tibus


tibus constituerint, ita demum se-
ctiorem adhibent. Atque id faciunt,
non quod velint humanis miseris
insultare, sed ut eos, qui adspiciunt,
in alienis corporibus doceant mul-
tam sanitatis suę gerere providen-
tiam. Cum igitur videris iustum
premi & vexari aduersa valetudi-
ne, & innumerabilibus alijs aduer-
sitatibus presentē vitam finire, dic
ipsi, nisi esset resurrectio & iudi-
cium, nequaquam Deus tanta mala
passum nullo bono fruitum, sine-
ret hinc demigrare. Vnde planum
est, quod aliam ipsis vitam parauit
presente hac suauiore, ac multo
optabiliorem. Enimvero quam
id ratione consisteret, quod impro-
bos multos presentem hanc vitam
in delitijs degere passus est, iustos
vero

vero multos in innumerabilibus re-
liquit malis, cum sit & appelletur
iustus, noueritq; iuste cuiq; pro me-
ritis gratiam referre: Quem decet
omnis gloria, imperium, ho-
nor, & adoratio in secu-
la seculorum.
AMEN.

Cracouie in edibus Hieronymi
Victoris. Anno dñi. M.D.XLI.
Mense Iunio.


Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.


Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.





XVI, 38







XV

BR

XVI WIEK

BROSZURY





